



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

Caput II. Quinam ad Cathedrales Ecclesias assumendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul XVI  
A.C. 1562.

„ac quibuscunque criminibus, necnon  
 „fæcularibus negotiis fugiendis copio-  
 „se, ac salubriter sancita fuerunt, ea-  
 „dem in posterum iisdem poenis, vel  
 „majoribus arbitrio Ordinarii imponen-  
 „dis, obseruentur: nec appellatio exe-  
 „cutionem hanc, quæ ad morum cor-  
 „rectionem pertinet, suspendat. Si qua  
 „vero ex iis in desuetudinem abiisse  
 „compererint, ea quamprimum in usum  
 „revocari, & ab omnibus accurate cu-  
 „stodiri studeant, non obstantibus cor-  
 „suetudinibus quibuscunque: ne sub-  
 „ditorum neglectæ emendationis ipsi  
 „condignas, Deo vindice, poenas per-  
 „solvant.

## CAPUT II.

### *Quinam ad Cathedrales Ecclesias assumendi.*

Quicumque posthac ad cathedrales  
 „Ecclesias erit assumendus, is non  
 „solum natalibus, ætate, moribus, &  
 „vita, ac aliis, quæ a sacris Canonibus  
 „requiruntur, plene sit præditus, verum  
 „etiam in sacro Ordine antea, saltem  
 „sex mensium spatio, constitutus: qua-  
 „rum rerum instructio, si ejus notitia  
 „nulla aut recens in curia fuerit, a Se-  
 „dis Apostolicæ Legatis seu Nunciis Pro-  
 „vinciarum, aut ejus Ordinario, eoque  
 „deficiente, a vicinioribus Ordinariis  
 „suma-

Sæcul. XVI.  
A C 1562.

„sumatur. Scientia vero præter hæc  
 „hujusmodi polleat, ut muneris sibi in-  
 „jungendi necessitati possit satisfacere:  
 „ideoque antea in universitate studio-  
 „rum Magister, sive Doctor, aut Licen-  
 „tius in sacra Theologia vel jure Ca-  
 „nonico merito sit promotus, aut pu-  
 „blico alicujus Academiæ testimonio  
 „idoneus ad alios docendos ostendatur.  
 „Quod si Regularis fuerit, a Superio-  
 „ribus suæ Religionis similem fidem ha-  
 „beat. Prædicti autem omnes, unde  
 „instructio, seu testificatio erit sumenda,  
 „hæc fideliter & gratis referre tenean-  
 „tur, alioquin eorum conscientias gra-  
 „viter oneratas esse scient, ac Deum  
 „& superiores suos habebunt ultores.

CAPUT III.

*Creandæ distributiones quotidiane ex ter-  
 tia parte quorumcunque fructuum: portio  
 absentium, quibus cedat: certi  
 casus excepti.*

„Episcopi etiam tanquam Delegati A-  
 „postolici ex fructibus, & proven-  
 „tibus quibuscunque omnium dignita-  
 „tum, personatum, & officiorum in  
 „Ecclesiis cathedralibus, vel collegia-  
 „tis existentium, tertiam partem in  
 „distributiones, eorum arbitrio assignan-  
 „das, dividere possint, ut scilicet qui  
 „eas obtinent, si personaliter competens

Z 4

„libi